

R 3.175 q.



26 25

DISPUTATIO MEDICA
De
ANGINA,

Quæ
Ex Permissu & Consensu
Inclyt. Facultatis Medic. Jenensis, pro con-
sequendo summo in arte Medica Titulo,
& Privilegiis Doctoralibus,

*SUB
PRÆSIDIO*
*Spectatissimi, Clarissimi & Excellentissimi
VIRI,*
DN. ANTONII VARI,
Med. Doctoris & prædictæ Facultatis pro
temp. DECANI, ac Professoris publici, Pro-
motoris sui maximopere
colendi,

*Ad diem 21. Mensis Maii, horis & loco
consuetis habebitur publice*
ab

ANDREA NITNERO,
Martisburgensi Misnico.

JENAE

TIPIIS TOBIÆ STEINMANNI,

ANNO CLX CXXIX.



VIRIS

Magnificis, Nobilissimis, Clarissimis &
Excellentissimis Dominis,

CANCELLARIO ET
RELIQVIS ARCHIEPISCOPATUS
Magdeburgici Consiliariis, Dominis Me-
cénatibus, Patronis ac Promotoribus meis
humili observantia colendis.

NEC MINUS

Nobilis, Clariſmis, Ampliſmis & Prudentiſmis
VIRIS,

DOMINIS CONSULIBUS
ET CÆTERIS INCLYTÆ REIPUBL.
Halensis Senatoribus, Dominis Patronis, Pro-
motoribus ac Fautoribus meis summo honorandi
studio prosequendis.

UTERUM

Consultissimo, Prudentissimo ac Doctissimo Viro,
Dn. ANDREÆ ROSEN, Consuli
apud Martisburgenses dignissimo, Susceptoris
meo, non minore quam filiali observantia
affiendo.

Hanc disputationis pro Gradu & Insignibus
Doctoralibus habite materiam

submissè dedicatam volui

Andreas Nitner
Medicus.





I. N. SS. T. A.

I.

Randum, quia nobis est hoc tempore calamitoso, invocandusque Deus, ne nos gravioribus suppressat oneribus, oris vocisque instrumenta sana, integra, omnique labore ac lue carentia habeamus, optabimus, ac potissimum à subitanea illa suffocatrice *Angina* immunes ut simus, supplices Deum rogabimus: Hoc quām grave sit malum toleratu curatuque paucis in sequentibus explicabimus.

II.

Angina κυρίως καὶ τρέπτως dicta est inflammatio muscularum propriorum Laryngis, à calidi acriis & tenuis humoris in Laryngem influxu, respirandi adimens libertatem, cum periculo suffocationis.

III.

Ut proinde morbus Angina sit non tantum in magnitudine aucta, sed intemperie quoque, via, & continui solutione.

IV.

Locus affectus seu τὸ Ἀγγινητικὸν exquisitæ Anginæ sunt musculi Laryngis proprii: quas alias partes

res in faucibus inflammatio corripit , ejus quidem
consectaria sunt ~~wādī~~ quædam ~~xvrayxixā~~: non au-
tem Cynanchæ sunt, ut dicta prior: Neq; enim tam
fortem inferunt strangulatum per se , sed ~~xatāsū-~~
~~Cēnkyōs~~ ex eventu per ~~μετάπλασιν~~ horum in illum.

V.

Et Anginæ hæ, muscularum extenorū &
œsophagi & cervicis inflammationes , nec non ver-
tebrarum ejus intrò luxationes Spuriaz medicis sunt
appellatae ; de quibus cum nimis longum foret, hic
tractare instituti nostri non est.

V I.

Causæ exquisitæ Anginæ externæ seu evidentes
sunt Diæta, hoc est, sex res non naturales, quæ ad
quatuor rerum fontes revocantur, adsumpta, gesta,
foris admota , & excreta atque retenta.

VII.

Per assumpta intelliguntur alimenta , potu-
lenta & medicamenta : ad Gestæ refuntur exercitia
& agitationes quæcunque corporis vehementiores,
unde calor humorum & sanguinis gigni atque au-
geri potest : quod referuntur affectus animi , & aliæ
inordinatæ perturbationes ad foris admota perte-
nent epithemata, fomenta, balnea, aër &c.

VIII.

Intenæ Causæ sunt hepatis , & faucium dispo-
sitio



stio calida , earumque imbecillitas laxa & apta ad influxum futurum suscipiendum & retinendum : morbi item , qui præcesserunt calidi , ut febres continuæ , putridæ , ardentes , imprimis malignæ Ungaricæ ut vocantur , quas ferè semper , ceu individuus comes , Angina sequitur . item Columellæ inflammatio atque abscessus , humoris denique sanguinei aut biliosi in Laryngem decubitus ,

III X
IX.

Quod differentias attinet exquisitæ Anginæ , Formales quidem petuntur à tumoris quantitate , secundum quam Angina alia major , alia minor : à causa efficiente , alia sanguinea , alia biliosa . Quæ aliæ ab aliis humoribus sumuntur differentiæ , nothis accensentur .

X.

A quibus legitima differt subjecto : hujusnamque subjectum sunt musculi Laryngis proprii , in qua nec in faucibus , nec cervice quicquam apparet ruboris aut tumoris , sed affligit vehemens dolor & orthopnoea .

X I.

In nothis vero musculi afficiuntur externi aut communes : in quibus rubor apparet , & minor est respirandi difficultas , gravis tamen dolor , & vota medicis est ~~magis~~ ~~curvatus~~ . Vel afficiuntur fluxio-

A 3 ne &



ne & inflammatione fauces, & quidem si partibus
internis, συνάγγεια dicitur; si externis παρασυνάγεια.

XII.

Signa Anginæ sunt triplicia, διαγνωσικὰ, παθ-
ημονικὰ & προγνωσικὰ.

XIII.

Anginæ futura prognostica sunt anni tempo-
ra tali vel tali modo constituta, Hippocr. Aphorism.
26. 20. & 22. sect. 3.

XIV.

Præsentem denunciant exquisitam, si nihil tu-
midi sub aspectum veniat, dolor interim angat acer-
bus, internus, & cruciatus instar acus vel pali infixi &
cum ἀθετοίᾳ, suspirioso anhelitu, paucō, diffīcili
& frequenti, cum narium pinnarum motu: facies
rubet, osque eorum reseratum ut plurimū hiat,
nec solida nec liquida deglutire queunt, ac per na-
res sāpē numero potus, & quod devorandum erat,
recurrens, ejicitur, succedit febris, pulsus tensivus,
magnus, convulsivo non absimilis, & respectivē
æqualis vel celerior, non raro cum extremorum
perfrigeratione.

XV.

Prognostica de futuro eventu Anginæ summa-
tur



tur ex morbi & virium conditione. *Kuνάγχη* certe
seu Angina exquisita pessima est, quia abstrusa, præ-
focativa & Symptomatis gravissimis & acutissi-
mis comitata; *Aphor.* 34. sect 4.. & quia ob loci inepti-
tudinem, & duos *Φορίας* in *κυνάγχη* vix excretio Critica
& salutaris, sæpius Symptomatica est metuenda, ob
translationem materiae morbificærupto apostema-
te in pulmonum bronchia. *Aphor.* 10. sect. 1. Siquidem
ut duos maximos morbos, pessimosq; evadat æger,
longè omnium est difficilimum, & bona faveat for-
tuna necesse est. *Actuar.* Joann. fil. Zach. t. 10. M.M. 1. i. c. 10.

XVI.

Reliquæ Spuriæ Anginæ species pernicioſæ
quidem, diurniorem tamen moram & medica-
mentorum accommodatiorem, applicationem pa-
tientes sunt, nec tantæ angustiæ ac doloris.

XVII.

Illa verò, quæ ex luxatione est cum febre, im-
medicabilis censetur.

XIIX.

Scopi in Angina Curatiyi per indicantia nobis
ostenduntur, & sunt revulsio influentis humoris
evacuans, repulsio, derivatio, resolutio, anodynorum
adhibitio, maturatio, evacuatio, mundificatio,
asperitatis lævigatio, & roboratio.

XIX. Ad



XIX.

Ad quos supplendos inservient nobis Diæta,
Chirurgia , Pharmacia.

XX.

Sub Diæta, venit Aér, qui temperatus sit & puerus, Decubitus fiat capite elatiōri , respirationis gratia , & sit quietus. Somnus nisi ipsum natura & mores morbi prohibeant, interdicendus ob majus periculum ; pro concessionē autem vehementia morbi sit opportunus. Animi ~~tabescere~~ vitanda, Victus sit tenuis , humidus , & liquidior, si quis esse potest; ut pilana cum sacch., Aqua hordei cum Julep. & Syr. leniter refrigerantibus , juscum ave- nā decorticatae; decoctum prunor., prunorum de prunellis, passularum minorum; brodia carnium, gallinarumque consummata. In summa, pro concessu morbi, & virium requirentia cibi præbendi. Vitentur acria, calidaque nimis, ob tumorem inflammatorium & febrim, ac concitatutu sanguinis motum. Clysteres nutrientes in hoc casu, cum sint, qui cum rationibus & autoritate approbent, non omnino rejectos volumus, nec possumus; relinquimus tamē uniuscujusque Practici judicio & affectioni singulari ; cum præsentes casus multum doceant.

Chirurgica præsidia sunt: Venæ sectio, quæ aceleran-



XXX

celeranda pro morbi urgentia, etiam in corporibus
non admodum plethoricis, imò & in gravidis à quar-
to mense ad septimum, *Aphorism. 1. s. f.* tentandam
suadet *Holl. I. 1. c. 23. Pract.* Fit enim ob humores
motu peccantes revulsionis gratia in loco remotio-
re vel derivationis in vicinore. Et emitti sanguis
potest bi-vel tripartitis vicibus, non cumulatim unā
ob vires,

XXII.

Inciduntur autem maximè existente plethora,
primum saphena; deinde Hepatica; tūm Cephalica: denique sub lingua venæ; item vena frontis, ut
placet Archigeni & Asclepiadi, & quæ vena est ad
angulum oculi. *Hipp. lib. 3. de morb. venam quæ sub
mammis est in paracynanche secandam* jubet, quod
dispicet *Celio Aurelian. cap. 4. lib. 3. acutor.* Nonnul-
lis placent venæ cervicis. *Holl. I. 1. c. 23. Pract.* item
vena interna malleoli seu tali in mulieribus, quando
scilicet affectus hic ex suppressa mensium evacuatio-
ne dependere videtur.

XXIII.

Locum etiam habent cucurbitulæ scarificatæ
in mento, initio cervicis &c. post evacuationem to-
tius: Quidam sangvisugis utuntur; Rhazes Phœni-
gmo vesicante in cervice.

XXIV.

Revulsionis & aversionis mediaquoq; sunt liga-
turæ, frictiones fortiores, pedum lotiones &c.

B

XXV. Est



XXV.

18. Est adhuc præsidium insolitum, periculosissimumque in angina ferè desperata tentandum, Laryngotomia videlicet, quam aliquos animosè celebrâsse legimus.

XXVI.

Pharmaciam denique quod attinet, clystere acri ante phlebotomiā alvus eluenda, & nisi deglutitio jamdum invaluit, Lenientia seu purgantia primi gradus, ut *Syr. ros. sol. violat. söl. Flor. Cass. rec. extract. Pulp. Tamarindor. &c. usurpanda*. Aëtius elaterio, agarico, squama æris & aliis ejusmodi vult uti ex Archigene, cum tamen in acutis raro & per initia purgare concessum sit *Aphor. 24. f. i.*

XXVII.

Porrò adstringentium & repellentium usus in initio sit, modicus tamen, & internus, Gargarismorum formâ ex cornis, sorbis, moris rubi, succo granator. acidor., agrestis, cum saccharo & melle rosat, vel cum dianuco & diamoro, in decocto ros. plantag. sorbor. cornor. mespilor. hypocyst. myrtillor. item addi possunt conservæ cornor. sorbor. mespil. mororum immaturor. dissolutæ in prædictis, vel liquoribus adstringentibus aliis, vel aquis inde destillatis; adjicienda quoq; sunt balaustia, rubus, malicorium, nuces cupress. &c.

XXVIII.

Verùm postea ut augetur morbus, ita repellentium usus imminuendus & usurpandus Lenientium &



& resolventium, majoreq; vi detergentium ac mutu-
dificantium nonomissis asperitatem ulceris levigan-
tibus & cōsolidantibus ut sunt: decoct. ros. sicc. passul.
fieum. glycyrrhiz. althææ. sem. lin. fœnugræc. cum
major. quantitate mell. ros. syr. ros. &c. penid. in lacte
dissolut. succus ptisanæ, decoct. ros. cum lacte, panis
albiss. coct. in aqua. , mucag. sem. cydon. surf. tritic.
cremor. , diacodium, syr. jujubin. violac. &c. aqua
mellis. Galen. 6. de Comp. med. f. l. c. 2. laudat album.
græcum canis ossibus depasti, per insufflationem in
forma pulveris vel mixtum cum melle per deglutitionem,
vel etiam incorporationem gargarismis.
Quidam A sellos laudant. Aet. Tetrabibl. 2. ser. 4. c. 47.

XXIX,

Ad materiam extrorsum derivandam, relaxan-
tium usus topicus esse potest: Faciunt enim Cata-
plasmata ex rad. lilior. alth. caric. pingvib. cum bu-
tyro, farina lini & ol. liliaceo. item ex nido hirundi-
nis in aqua decocto, aut in ol. chamomel. vel com-
muni, nonnulli exteriūs applicant lanam succidam
insuccitatam oleo communi, lilior. chamomelin. &c.
& mucaginibus prædictorum.

XXX.

Quidam in suffocationis periculo tentare co-
guntur mirabilia, cum extrema extremis conve-
niant Aph. 6. f. 1. ut: si jaceant hiante ore, lingua de-
primitur, & cum cultro ligneo benè in guttur abdi-
to tumor disrumpitur. Item nonnulli, si magis sit
conspicuus in faucibus tumor, vellicant eum ungvi-
bus,



bus, vel ferro aperiunt: aliqui panis crustam (si pos-
sibile est) devorandam præbent. Sunt aliqui, qui
hoc perficere volunt cum spongiæ particula ad fi-
lum suspensa, quæ si possit devorari, tumefacta re-
trahenda sit iterum, ut rumpat tumorem; aliis pla-
cet candelæ cerea inflexa parum & inuncta oleis ma-
turantibus.

XXXI.

Si nec his aliquid sperandum, tentet, qui vult
& potest Laryngotomiam superiùs dictam, & mo-
dum administrationis discat, nî ante viderit, ex Pra-
cticis, qui hanc celebrarunt aliquando,

XXXII.

Corollarii loco adhuc restat Angina pestilentia-
lis, cuius meminit *Sennert*, de Febr. p. 1057. Signa pa-
tent ex malignorum symptomatum & causarum
concurso: curationem requirità prædicta nostravix
alienam, nisi quod hic respiciendum primariò ad
malignitatis formitem per alexipharmacæ, & quidem
mox in principio, ne postea occlusa assumptio-
nis viâ medicamentis denegetur locus,

¶
Deo Maximo Gloria.



Die Handlung Neffingens besteht aus fünf Hauptteilen. Der erste ist die Eröffnung der Freiheit der Stadt und der Schaffung einer öffentlichen Ordnung. Der zweite Teil ist die Verhandlung mit dem Deutschen Orden und der dritte Teil ist die Verhandlung mit den anderen Städten und schließlich der Vertrag mit dem Deutschen Orden. Der vierte Teil ist die Verhandlung mit den anderen Städten und schließlich der Vertrag mit dem Deutschen Orden.

26 25

DISPUTATIO MEDICA
De
ANGINA,
Quæ
Ex Permissu & Consensu
Inclyt. Facultatis Medic. Jenensis, pro con-
sequendo summo in arte Medica Titulo,
& Privilégii Doctoralibus,

Colorchecker CLASSIC
x-rite



TYPIS TOTIIS STEINMANNI,

ANNO CI CXXIX.

